



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

- 13 Decimotertio fallit, quodocunque gravamen possit reparari, sed cum maxima difficultate: tunc poterit appellari, & iudex non poterit postea procedere, Ita Bart. in d.l.j.in. §. quesitum. ff. de appel. & in l.2. C. de Appella. recip. quem sequitur Feli. in c. acceptimus, nu. 5. de fide instru.
- 14 Decimoquarto fallit, in sententia lata in causa momentaneæ possessionis, quando per istam sententiam pateretur præiudicium, cui non sit alio modo consultum quam per appellationem, Ita Bart. in d.l. ante sententiam, nu. 3. ff. de appel. recip.

REGVLA LIII.

APPELLANTI propter exceptionem non ad missam, cuius probationem incontinenti obtulerat, non est necesse ad iustificandam appellationem, probare veritatem exceptionis: sed sufficit quod probet se opposuisse exceptionem, & obtulisse probationem incontinenti. Ita probatur in c. interposita. ibi, nisi exceptionem, de appel. Hanc regulam, (ubi ponit rationem eius) ponit Prepositus, cum 16. limitationibus, in d. c. interposita, nu. 4. de appel.

REGVLA LIIII.

APPOCHA in qua quis ostendit se tribus annis proximis soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Hanc regulam probat tex. in l. quicumque. C. de apochis publi. li. x. & ibi Bar. per illud tex. & Doct. in gl. in l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emphy. & in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. Phil. deci. in l. si certis annis, nu. 6. C. de pact.

1 Amplia primo procedere, tam in censu emphy. quam tributatio. Ita tenet Domi. de Rota in decisio. 304. in tit. de locato. in novis. quos sequitur Alex. in Additio. ad Bar. in d. l. quicumque, Iacobi, de S. Geor. in l. non est necesse, nu. 3. ff. de probatio.

2 Secundo amplia, habere locum in simplici colono, uel conductore: quia probando se soluisse tribus proximis annis, præsumitur semper retro soluisse. Secundum Ang. in Auth. de non alienan. in §. sci. re. nu. 25. colla. 2. vbi dicit se nescire legem. de hoc. Hanc. etiam opinionem tenet Bal. post Io. And. in c. literæ, nu. 7. de dilatio, vbi dicit quod conclusio huius regulæ procedit in emphy. siue in simplici colono, siue in censuario, siue in illo qui soluit collectas in communi per triennium, quam etiam opinionem sequitur Ias. in d. l. ij. num. 137. C. de iure emphyt.

Limita primo, quando illa solutio trium annorum esset facta quolibet de per se, vna quæque singulo anno, secus si simul & semel soluisset